



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

Concilivm Saltzbvrgense De Hospitalariorvm, Templariorvm &  
Teutonicorum ordinibus coniungendis, celebratum anno Domini MCCXCI.  
tempore Nicolai papae quarti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**

ANNO 2  
CHRISTI  
1291  
**CONCILIVM SALTZBURGENSE**  
DE HOSPITALIORVM, TEMPLARIOVM  
& Teutonicorum ordinibus coniungendis, celebra-  
tum anno Domini MCCXCI. tempore Nicolai papæ  
quarti.

N O T A.

\* *Concilium.*] Qua occasione hæc Synodus indicta, quidque in ea gestum fuerit Eberhardus huius temporis scriptor in suis annalibus apud Henrici Canisi primum tomum editarum antiquitatum extantibus ita describit: *Anno millesimo ducentesimo nonagesimoprimo, ciuitas Akaron, quam solum habebant Christiani in terra sancta, obessa est per Soldanem Babylonensem, & per quadraginta dies & noctes sine intermissione impugnata, capta est, & ibidem multa Christianorum milia & capta sunt & occisa: aliqui autem per nauigium fugerunt: & quia multorum erat opinio, quod si fratres Domorum ibidem scilicet Hospitarii, Templarii & Teutonici, & reliquis populus omnino concordasset, ciuitas capta non fuisset, mandauit papa Nicolaus omnibus patriarchis, archiepiscopis, episcopis, & aliis prelatis, ut Concilia prouincialia celebrarent, & deliberarent qua ope vel consilio eidem terre posset subueniri. Et per Concilium habitum Saltzburga rescriptum fuit domino pape & consultum, ut predicti tres ordines coniurrent ad unum ordinem, melioribus eorum obseruantis in unum redactis; & quod ad succursum eiusdem terre sanctæ rex Romanorum cum principibus vocaretur. Qui nuntii antequam venissent ad curiam, papa mortuus est; & sic hoc negotium remansit infectum. Hæc Eberhardus.*

**CONCILIVM LONDINENSE**  
DE ELECTIONE IVDÆORVM HABITVM  
anno Christi MCCXCI. tempore Nicolai papæ IV.

N O T A.

\* *Concilium.] De rebus in hac Synodo gestis ita Bzouius: Bernhar-  
do episcopo Grossetano sedis apostolice legato in Anglia nondum presen-  
te, Londini ad Vestmonasterium celebratum est Concilium. In hoc in  
primis agitatum est de electione Iudeorum, quorum erat per omnem  
Angliam ingens multitudo, quo sic oues ab hædis segregarentur. Itaque  
publico iussum est edicto, ut infra paucos dies omnes abirent cum bonis.  
Illi iussis Concilii parentes, alii alio discesserunt. Ita profuga gens de  
Anglia in perpetuum exiuit, misera semper alicubi terrarum peritu-*